

1416. *κούδενί πω λώωνι θνητῶν*] Id est καὶ οὐ οὐδεὶς πω λώων θνητῶν. Qua attractione offensus grammaticus aliquis versui huic catalectico alium addidit versiculum ipsum quoque catalecticum, ab me rursus eiectum, *Αἴαντος ὅτ' ἦν, τότε φωνῶ*, in quo lepidus est particulae τότε usus, nisi ὅτ' ἦν ποτε scripsit.

ELECTRA.

21. *ὡς ἐνταῦθ' ἔβησ | ἔν' οὐκέτ' ὀκνεῖν καιρός*] Codex ἐνταῦθ' ἐμέν, quod correctoris metrici inventum est, qui in libro suo ἐσμέν legerat, quod ipsum rursus in apographis nonnullis positum est. Restitui ἔβησ, de quo pluribus dixi in annotatione.

51. *ἡμεῖς δὲ πατρὸς τύμβον, ὡς ἐφίετο, | λοιβαῖσι — στέψαντες*] ἐφίετο si recte legitur, Φοῖβος intelligendus erit ex v. 35. *χοῆ μοι τοιαῦθ' ὁ Φοῖβος ὦν πεύσει τάχα*, quod post interpositos tot versus parum probabile tantoque perversius est quum grammatica ratio postulet ut ὁ πατήρ potius quam ὁ θεός intelligatur, unde absurda evadit sententia. Quamobrem ἐφεῖτό μοι scribendum esse conicio vel ἐφεῖτο νῶν, ut Orestes et quocum oraculum Delphicum adierat Pylades intelligantur. Plusquamperfecta ἀφεῖτο ἐφεῖτο μεθεῖτο παρεῖτο et quae sunt reliqua librarii saepe in imperfecta in *ιετο* terminata corruperunt: quod quum hic quoque factum esset, μοι vel νῶν ab correctore deletum esse videtur.

61. *δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν*] Hunc versum si addidit Sophocles, fatendum est rectius eum facturum fuisse si omisisset: quod sensit Steinhartus, qui in commentatione Portensi a. 1843. p. 7. eiici voluit: uncis inclusit Otto Iahnus. Legit eum Athenaeus 3. p. 122 c. καὶ ἀλλαχοῦ ὁ αὐτὸς (Σοφοκλῆς) ἔφη μηδὲν εἶναι ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν, etsi non nominata Electrae fabula.

77. *ἰώ μοί μοι*] Delevi quod in codice additum est δύστηνος contra morem tragicorum, de quo dixi in annotatione.

112. Post *Ἐρινύες* delevi verba in codice addita *αἶ τοὺς ἀδίκως θνήσκοντας ὁρᾶτε | τοὺς εὐνάς ὑποκλεπτομένους*, quorum tria postrema iam Porsonus spuria esse intellexerat.